



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 429. Usque Ad Annum 483

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117816**

§. 48. Concilium Constantinopolitanum sub Anatolio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66052](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66052)

Apollinaris, aut Eutyichis amplecteren-  
tur, omnibus Hæreticorum pœnis sub-  
jiciebantur. Duodecima Nov. anni se-  
quentis 451. severissimam Legem ad ex-  
tirpandam Idololatriam tulit. Prohibet,  
ne fana, jam diu clausa, aperiantur, ne  
fores floribus ornarentur, nec in aris suc-  
cenderetur ignis, thus injiceretur, offer-  
rentur Libationes, aut victimæ immola-  
rentur. Rei ultimo supplicio afficeren-  
tur, Bona omnia Fisco adscriberentur.

Sæculum V.  
A. C. 450.

L. 7. Cod. de  
pag.

§. LXVIII.

*Concilium Constantinopolitanum sub  
Anatolio.*

Sancti Leonis Papæ Legati, Roma sub  
finem Mensis Julii, anno 450. profe-  
cti, Constantinopolim, Theodosio Impe-  
ratore jam fatis functo, pervenientes, ab  
Marciano, & Pulcheria, benignissime ex-  
cepti sunt; cumque Anatolius, Episco-  
pus Constantinopolitanus, Synodum E-  
piscoporum, qui tunc præsentés erant,  
Abbatum, Presbyterorum, & Diacono-  
rum collegisset, Abundius, Episcopus  
Comensis, ex Legatis Pontificiis alter,  
S. Leonis Epistolam ad Flavianum tradi-  
dit; postquam publice recitata fuisset,  
Patrum Latinorum, Græcorumque Au-  
thoritati, & Catholicorum Fidei con-  
sentanea ab omnibus est judicata. Ita-

Acta S.  
Abund. ap.  
Bar. an. 405.  
p. 120.

Sæculum V. que Anatolius, omnium primus, con-  
A. C. 450. sensit, subscripsit, Eutychi, & Nestorio,  
 Doctrinæ, & Sectatoribus eorum Ana-  
 thema dixit. Omnes præsentibus Episco-  
 pi, Presbyteri, Abbates, & Diaconi præ-  
 euntem secuti sunt.

Eusebius, & quatuor Papæ Legati,  
 Abundius, & Asterius Episcopi, Basilius,  
 & Senator Presbyteri, ubi consentientem  
 Anatolium audierunt, Gratias Deo ege-  
 runt, atque Anathema dixerunt Euty-  
 chi, omnibusque illis, qui errorem ejus  
 secuti, dicerent, ante Incarnationem  
 duas, post Incarnationem vero unam tan-  
 tum esse Naturam. Anathema Nesto-  
 rio quoque, & ejus Affectis dictum. In  
 eodem Concilio decretum, ut Episcopis  
 a quibus metu extortum, ut Flaviani  
 Condemnationi subscriberent, cum ne-  
 mine, nisi cum suis Diocesanis commu-  
 nicare liceret.

*Epist. Pulch.*  
*I. p. Cont.*  
*Calc. c. 35.*

Marciani Imperatoris jussu, S. Fla-  
 viani Corpus, Constantinopolim dela-  
 tum, in Basilica Apostolorum pone An-  
 tecessores suos honorifice conditum est.  
 Mandatum etiam particulare dedit, ut  
 Episcopi, qui ideo proscripti fuissent,  
 quod cum Sancto Flaviano pro Fide Ca-  
 tholica steterint, ab Exilio revocarentur.  
 Inter illos Theodoretus fuit; id enim ex  
 ejus Epistolis, ad quosdam viros poten-  
 tes, Anatolium, & Vincomalum Patri-  
 cios

cios, datis, in quibus Gratias agit, quod Sæculum V. A. C. 450.  
 sibi redeundi licentiam obtinuissent, di- A. C. 450.  
 spicimus. In iis litteris etiam rogat, Ep. 138. 139.  
 ut suadeant, convocandum esse Conci-  
 lium, cui Imperator cum Imperatrice  
 intersit, quo omnibus turbis via præclu-  
 deretur. Ad Abundium quoque, Papæ ap. Bar. an. 450.  
 Legatum, Theodoretus Epistolam dedit,  
 in qua significat, se Epistolæ S. Leonis ad  
 Flavianum subscripsisse, idem etiam ab  
 Iba Edesseno, & Aquilino Bybliensi fa-  
 ctum.

Imperatori Marciano, quamprimum  
 Imperiale solium conscendit, nihil prius Cont. Calc. p. 1. c. 33.  
 curæ fuit, quam ad Sanctum Leonem  
 Papam, utpote veræ Religionis Caput,  
 & Fidelium omnium Principem, litteras  
 dare; (\*) in quibus se ejus ad Deum  
 precibus commendat, & strictim de ce-  
 lebrando Concilio monet. c. 35. Pulcheria  
 Imperatrix, quæ Constantinopoli acta  
 fuerant, perscripsit; nempe Anatolium  
 subscripsisse, S. Flaviani Corpus reve-  
 ctum, revocatos exules; rogat etiam, ut,  
 quæ ipsius essent, ad convocationem  
 Concilii conferret. Tandem ipse Ana-  
 tolius Constantinopolitanus ad S. Leo-  
 nem

Ll 4

(\*) Diese Worte, welche von der Hoheit  
 eines Römischen Pabstes zeugen, hat der deutsche  
 Uebersetzer ausgelassen. Das ist seine Art, den  
 Gewalt der Römischen Bischöffe zu bestreiten.

Sæculum V.  
A. C. 451.

nem litteras dedit, Fidei suæ testes. Tres etiam Legatos misit, Casterium Presbyterum, Patricium, & Asclepiadem Diaconos, qui Acta Concilii Constantinopolitani, a Papæ Legatis conscriptas Notas de iis, quæ in Concilio contigerant, atque Marciani, & Pulcheriæ Epistolas Romam detulerunt.

## §. XLIX.

*S. Leonis ad Marcianum Litteræ.*

*Ep. 58. 59. 60*  
*al. 38. 39. 40.* Sanctus Leo Papa ab Anatolio Legato dimisit post Festum Paschæ, quod anno 451. in octavam Aprilis incidebat, iisdemque multas Responsorias ad memoratas Epistolas eadem die, nempe Idibus Aprilis, Adelphio Consule, seu 13. Aprilis, anno 451. ferendas commisit Ad Pulcheriam; agnoscere se fatetur, ipsam tam contra Hæresin Nestorii, quam

*ep. 59.* Eutychem ad Ecclesiæ emolumentum plurima præstitisse. Eusebium Doryleensem, qui Romæ erat, & in cujus Sedem intruserant Successorem, Principis favori commendat; is enim Cathedra sua depulsus, & alio in locum ejus subrogatus, Romam ad Summum Pontificem se contulerat, utque calumnias dissiparet, quibus Nestorii Hæresi favere ferebatur, præsentibus Legatis Constantinopolitanis suæ Fidei Professionem deposuit, affirmans, quod trium Conciliorum œcumeni-